



~~9/11~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-17

SIGNAT. c131o CCCXIII.

einzelne verstreut 17. III. 1915.

* ex Eiusdem III. — 7.
V. 16. 1623.

+ ex Q. 1. LXXXIII. 21. 22
F. 1. XII. 6.

1. Ex Libris de Saxe. Viteberg.
2. Quodlibet Anna Fennario. Viteberg.
3. * Leibl. St. Chancery Hall. Hanov.
4. * F. M. Sebier kochmischer. Ex Georgie.
ex 2. Reg. II. Mittel. 15. 21.
+ Hecker. Ex Christopli Wiesenthalhausen.

28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39

F. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

- Index Dissertationum hoc volumine contentarum.*
- I. M. Johann. Conradus Boetmanni de Salamone à Septicismo vindicta
Vitae 1710.
2. Iodan. Itaii Et ijs, quæ fuerint in arca fbedentis.
3. Iodan. Iodan. de Karigio Salomondo. Vit. 1654.
4. * Albert. Ippenij de Karigio Salomondo. Vit. 1654.
5. Iodan. Christoff. Wicmanni Hausenij de Rangaone Jobiritha. Vitae. 1709.
6. Iodan. Helvic. Willemer de Pallio Chia. Vit. 1659.
7. Iodan. Hageni De abominando Astroabi Sacrifício. Vit. 1716.
8. Iodan. Christoff. Wicmanni Hausenij Vergil Cuthorum. ex Reg. VIII. 1701.
9. Iodan. Christoff. Wicmanni Hausenij Vergil Cuthorum. ex Reg. VIII. 1701.
10. Iodan. Theod. Schenck de Philologio Agath. Vit. 1710.
11. Christoff. Kraumboldt de Hippobantos fuditorum.
12. Christoff. Wicmann Hausen de Alpmod Dedi ministris. Vit. 1650.
13. Iodan. Christoff. Wicmann Hausen de Alpmod Dedi ministris. Vit. 1713.
14. Iodan. Adolph. Alulli en de Isaac Regis compa ferale. Vit. 1710.
15. Iodan. Helvic. Willemer de Chia OYMATO YPTΩI. K. 1679.
16. Iodan. Gottoft. Camentij Aqueductus Hiskiae. K. 1714.
17. Iodan. Gottoft. Camentij Aqueductus Hiskiae. K. 1714.
18. Iodan. Semerit. De Voco Iobi cap. XII. 25. sqq. Vit. 1670.
19. Iodan. Irib. Dajen Behemots et Reviatdan. Ibi. 1671. Historia.
20. Hegd. Oberh. Anna ad versionem Psaltie. Cent. 1. Decima I. S.
21. Iodan. De Anna 2 et 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Franckfur.
22. Jacob. Wellen Psalmi primi expositio. Vit. 1659.
23. Iodan. Helvic. Willemer Reculum sibi ex T. 2. Vit. 1676.
24. Iodan. altera de' Oscula sibi. Vit. 1678.
25. Mich. Doccij Iuris non Sechictus. ex P. 37. p. 25. Vit. 1674.
26. Iodan. Helvic. Willemer Deus optima Portio fidei. Vit. 1679.
27. And. Semerit. De קהני sic dicti. Obreorum. K. 1680.
28. Mich. Doccij. Ornamentum feli ex P. CXVIII. 27. Vit. 1677.
29. David. Wendesken quatuor abscondita ex Proverb. 30. 18. 19. Vit. 1670.
30. Anton. Punthii arithmetica Secreta ex mortis de Scipio.
31. M. Jacob. De Lience obser. Philologiae ad cap. III. et IV. Cantic. Vit. 1670.
32. Augusti. Peissen. Dubiorum Select. ex Maria Trias. Vit. 1670.

32. Job. Britzgord. Fisberi. De Ornatu mulierum prior. ad lec.
^{ap. III. 16.} Vit. 1699.
 33. Ciusdem de op. Mulier. professor. Nider. Edem.
 34. Abt. Christopb. Wiedmannhausen de rde et tremoris calice. ^{vix} 1714
 35. Abt. Hermerti. Boeser aliquod ad Ecl. ap. LIII. ^{Vit. 1699.}
 36. F. Abt. Henrici Deutzmann Mcsdia s. vulneratus. ^{Vit. 1700.}
 37. + Abt. Henrici Deutzmann Mcsdia s. vulneratus. ^{Vit. 1700.}
 38. * Thras. Caloy. De Selenolatina. ^{ed. dec.} VII. 1699. ^{XCVI. 17. fag.}
 39. Israel. Dreygotz Tarmann. De Pocula consolatione. ^{vix. 1699.} ^{ca. dec. XVII.}
 40. And. Döpper. Ius Legi. in Altrem. ^{ex decr. XVIII. 1. 6.} VIII. 1699.
 41. Theod. Dabovij. De Rabbinismis Philologique ancibantib. ^{Vit. 1699.}
 42. Henrici Vilelmii Watthei. De ^{VV} prior et professor.
 43. ^{+/-} Iglam. Dey hing de fletu super Hammuz. ^{Exed. VIII. 17.} Vit. 1704.
 44. Iglam. Dey hing de fletu super Hammuz. ^{Exed. VIII. 17.} Vit. 1704.
 45. Jos. Cod. Magia Sagittar Habucodornos. Vit. 1675. ex Exed. XXVII. 1. 6. 5. 6.
 46. A. Leo. Clementi. de mari Syria. ex Exed. XXVII. 1. 6. 5. 6.
 47. Georg. Albert. Antiquij. de subiecta ludi. ^{1710.} In Interp. per
 48. - Pignatos prior et professor. ex Exed. XVIII. 1. 6.
 49. F. Jos. Georg. Pittelman. de Vita Danielis. ^{Vit. 1670.}
 50. F. Leibniz. Exercitatio de Metamorpho. Habucodornos.
 51. + Christiani Hentschel. de Metamorpho. Habucodornos.
 52. X. Fab. Liebentantz. de Prodigio manus scriptura in aula Babyl.
 53. X. Fab. de Prince Opala. Persicazarsatalis Scripti illustr. Vit.
 54. Jos. Wilhelmi. Hilger. Cypto. Trapianus dan Vitz. ^{1666.} Vit. 1666.
 55. Jos. Tattinghoff. Exercitatio Philolog. Super Etet. 3. cap. 1. ^{1694.} Vit. 1694.
 56. + Jos. Erasmus de Tarmann. de Pace Eugenium. ex Rofeu 15. 4.
 57. Abras. Calou de Lindelis. De destructione Arbelae a Salmanapse facta.
 58. ex Quedia. Pars prima, altera, & tertia. ^{Vit. 1682.}
 59. Jos. Heilic. Hoseas. ^{ex cap.} ENOHTOC. ^{Vit. 1680.}
 60. M. Mart. Lipenij. Dona Diaphus Fabius. ^{Vit. 1689.}
 61. M. Jos. Fid. Herrenstein. De magno ptege. +
 62. M. Jos. Fid. Weidlen. Habacuci Propeta de Messia testimon. ^{Vit. 1677.}
 63. M. Mich. Doccij. Rabbinis fictus temporum tertium. ^{Vit. 1677.}
 64. Jos. Christof. Wiedmannhausen de Plantu Hadadim mon. ^{*}
 65. And. Hermerti. Septenarius Theorum Philologica. ^{Vit. 1672.}
 66. Caspar. König. Exercitatio Philologemata miscella comprehendens.
 67. August. Petrifern. Senarius. Petrifern. Philologica. ^{Vit. 1688.} ^{*}
 68. Ejusdem Septenarius tres. Biblico-Philolog. ^{Vit. 1671.}

IN LIBROS REGYON.

(1677)

69. And. Lemerti Theses Philolog. resp. M. Georg. Schurathie Vt
 70. Job. Christoff. Wickevianus Janus Propositio[n]es Philologicae
 71. Eiusdem Propositiōne Philolog. usp. n. Danic. Poettio
 72. Eiusdem Philologemata octo Selectiona. Vt. 1713.
 Eiusdem M. Georgio Carolo Petri. Vt. 1715. p.

- E 31. Job. And. Danz de Iudao proprio ingulato gladio
 do Jct. cap. III. Vt. 1679.
 32. + ex Klem. III. 4. 5. Responser eas Georg. Franckfurter Cen
 morio Hungaricus.
 33. Profes eas M. Georg. Fried. Neinhardt Vt. 1680.
 34. + ex Klem. XXV. 25 et XL. 41. Vt. 1703.
 35. Gysden de ceteris agro Vt. 1704.
 36. Drates eas Job. Christoff. Wickevianus. Vt. 1714.
 E 38. M. Sebastian. Kirchmajer de Metamorphosi Nabucco
 noscens ex Danieli IV. Vt. 1554.
 39. Profes M. Job. Wilhelmus Willigerus Vt. 1671.
 40. ex Danieli V. Vt. 1651.
 41. Vt. 1705. resp. Sam. Jacob. Loeschens.

42. 61 qui Ioseph. Vatem deglutiit. resp. M. Dositheus. Kirchma
 ier. Vt. 1705.
 43. 62 cap. XII. 13. Vt. 1712.
 44. 63 ex Zaidax XII. 11. resp. M. Thymus. Sibthorpius. Vt. 1709.
 45. 64 prof. de M. Conradus Sam. Schurath. Fleischius. Vt. 1664.
 46. 65 resp. M. Heinrichus Pladecius

E

26, 66) 28.

25

כָּשָׁ

אֶרְבַּע כְּפָלָאוֹת

sive

Qvatuor Afscon-dita,

Ex PROVERB. XXX. 18. 19.

PRÆSIDE

M. DAVIDE WENDELERO,

VVittebergenſi,

Publicè proponet,

CHRISTIANUS PUHLMANN /

Lebusiā - Marchicus.

Ad diem XXI. Octobris

Horis Anteridianis.

WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXXVI.



Qasimone Appen-
dix

M. DAVIDE WENDELEERO.

CHRISTIANUS PHILIPPISSONI

ALLEGORIE XLI OBLIVIA

Neue Auflage

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740

1740



PRÆFAMEN.

Rave suscipimus negotium,
nostris impar humeris. Dum e-
nim illa Qvatuor abscondita
Ex Prov. XXX. 18.19. scrutamur,
& argumenti gravitatem in-
venimus & qvoq; intricatas multorum de genui-
no horum verborum sensu dissertationes. Nam
statim de auctore horum verborum magna in-
ter interpres lis versatur, dum qvidam Salo-
moni, qvidam verò Aguri, cuius initio capit is
mentio fit, hæc verba solent adscribere. Atque
ita statuunt pleriq; Judæi , Salomonem Agur
illum esse, Thalmudistæ, apud R. Salomonem in
Eccles. I. Rabbi Levi in h. l. qui *Salomonem di-*
ctum Agur ait, propter verba, quæ complevit
in colligendo hoc libro, sicut seipsum vocat Eccle-
siaſten, propter verba collecta in libro Ecclesi-

stis, ac Filium vomitionis & congregationis, quod
colligendo intra seipsum & congregando de cogi-
tationibus in concionibus magnis, aliis commu-
nicavit, & voluerit copiosè proponere Prophe-
tiam. Et similiter Rabbi Salomo notat, Salomo-
nem vocari Agur filium congregationis, quia
colligit omnem sapientiam & collectionē. Cui
sententiae suum quoque adjicit calculum Cor-
nelius à Lapide in h. l. *Verba Aguris*, inquit, i. e.
Salomonis, qui fuit Agur i. e. congregans: & fili-
us Jake i. e. vomentis, quia ipse suam sapientiam
hic congregavit, eamque in paucos & vaternari-
os contraxit, ac suam mentem sensuq; in Deum
collegit, ut ejus lumina divina abunde hauriret,
eisq; plenus illa deinde aliis pleno ore eructaret,
tanta abundantia, ut eam evomere videretur,
perinde ac fornax non absurdè, sed eleganter di-
citur vomere scintillas & ignes, quia illos copio-
sè ejaculatur & Virgilius ait: *Umbo vomit au-*
reus ignis, Quam sententiam præter ipsum ad-
huc amplectuntur, Beda, Lyranus Hugo, Ar-
boreus, Dionysius, Peltanus & alii. Verum
pro-



d
i
-
a
ii
-
n
-
-
-
-
-
probabilior mihi eorum sententia esse videtur,
qvi Agur virum fuisse doctum sapientem & in-
tegrum Salomonis tempore credunt, cuius id-
circò dicta huc vel Salomon vel alius aliquis po-
stea retulerit. Non enim credibile est, cur
Salomon tantum in versibus adeò paucis no-
men non modò suum, sed & juxta adversario-
rum judicium parentis mutare voluerit. Qva-
propter iis adhæresco, qvi Agur filium Jake cen-
sent celebrem fuisse virum juxta ac sapientem,
& horum dictorum esse auctorem, utr. *B. Lu-*
therus, Philippus Melanchton, Magnificus Dn.
D. Geierus Theologus de Ecclesia Christi meri-
tissimus in Comment: ad b. l. Glasius Phil. Sacr.
l. 4. tract. 3. Oecolampadius, Theod. Peltanus,
Junius, Tremellius, Piscator, Cornelius, Janse-
nius & alii credunt. Inquis autem, sic non am-
plius Salomonis, sed Aguris quoque erunt di-
cenda Proverbia : sed respondemus cum sum-
mè Reverendo D. Geiero in Comment. Prov.
in Prolegom. Non infringunt hæc, Salomo-
nem præsentis libri esse auctorem, si quis ex

Lipso, Scaligero, Aristotele, Seneca insigniores
seligat sententias vel flosculos (qvod sane fecerunt non pauci) annon sententiae illae manent
Lippii, Scaligeri &c. ut ut in unum corpus velepitomen ab alio redactae fuerint sive Franc. Sveretio sive Jacob Bouchereau Parisino, sive Itabyrione. Sic si Agutis recte noster Salomo recehuit, & concinnius forte, si non emacula-
vit, attamen disposuit aut ordinavit, atque inter sua ipsem et numeravit, ali propterea Salomo non suo jure manebit scripti praesentis au-
tor? Postquam haec enucleavimus, jam ipsam aggredimur explicationem & seqvamur, qvos dudum habuimus, præcursorum. Si minus recte ambulaverimus, erigat nos illud dictum, qvod Salomon 1. Regum II X. 46. 2. Paralip. VI. 36. Eccl. VII. 21. exprimit: אָמֵן יְהוָה לֹא אָמַר errare humanum est. Tu autem, Summe Deus,

salebras inter & tenebras iter
Ostende rectum, & erutum seqvacibus
Erroris undis, prævio lucis Tuæ
Splendore deduc veritatis in viam.
Te nempe ab uno pendo spe, te Deum
Unum & salutis columen cgnosco meæ.

TEX.



Textus Originalis.

שלשה חפה נפלו מפנו וארכבה לא ורעים;
דרה הנשך בשמי קרה נחש עלי-אור
גורה-אננה כלכיס ווּרְד גבר בעלה-ה;

THESES I.

Multas hic ut evolvamus versiones, haud
Opéra precium duco. Qui eas desiderat, potest
consulere Biblia vulgo Complutensis dicta studio & sumptu-
bus Franc: Ximenii, Cardinalis & Archispiscopi Toletani edit.
Anno M. D. XVI. Antwerpiana sive Regia Hispana opera
Bened: Ariæ Montani Anno M. D. LXXXI. Parisiensa sive
Gallica per Anton. Vitre, M. DC. XLV. Londoniensia sive
Anglicana Polyglotta Briani Waltoni, Anno M. DC. LVII.
Addantur Biblia Buxtorfi Commentar. Ebr. Interpt. Illustr.
Targumim sive translationes: Onkeli Jonathanis, Jeroso-
lymitana, Syra, Arabica, nec non Persica Jacobi Tawusi:
Quæ omnes in Bibl: Polyglottis reperiuntur. Extant præte-
rea Græcæ Versiones: LXX. Interpretum, Aquilæ Theodotii,
Symmachii, Latinæ: Vulgata, Hieronymi, Pagnini, Vata-
bli, Munsteri, Osiandri, Tremellii, Junii Etc. Germi. Beat. Lu-
theri, Dietenbergii & alia.

Tb. II.

שלשה חפה נפלו מפנו [] Tria sunt abscindita à me,
Chald, reddit occulta ut & Tremellius & Piscator, Vatablus,
Tria



Tria sunt excellentia & supra captum meum. Hoc loco Masculinum ponitur pro Neutro. Ebraei enim cum Neutro destituantur, illud modò per Masculinum, modò per Femininum exprimere solent. LXX. reddiderunt Τέλος δέ ἐστιν ἀδύνατα μοι νόησαι. Ubi ἐστι ponitur pro εἰσι. Freqvens est Gracismus Atticus, ut Neutris pluralibus respondeat verbum singulare, cuius Regula exempla multa in Textu Sacro & aliis auctoribus passim occurunt. v. g. Ephes. V. 13. Ταῦτα τάντα ἔλεγχόμενα ταῦτα τοῦ Φωτοῦ Φανερότατα, pro Φανερότατα & Plutarcho in Libr. ταξιδίων τῆς Ιάνθινας ἀγωγῆς αὐτούσια λεπτά τε κρυπτολογία οὐδεὶς, & aliis. Aqvila vertit εἴθαντας οὐδεῖς. significata sunt à me, i. e. mirabilia sunt, quām ut ea possim intellectu assequi. Quam ob causum Agur verbum נָבָע usurpat, quod innuat intellectus insufficientiam ad plenam recognitionem explorationem secundum singulas suas causas & conditiones. Nam licet Aqvilæ voluntatis in aere, via navigationis in mari nullam difficultatem habere videantur, cum opera in se expedita prospers & perspectant, tamen cur non per hoc aut aliud obstaculum impedianter, id non modo supra suum agnoscit captum, sed & planè scire, palam proficitur Agur.

TB. III.

לְזִוְנֵב חֶלְאַן רַעֲנָן *Imd quatuor sunt, quae ignoror.*
(1) h. l. non tam significationem copulandi quām corrigendi obtinet. Vulgatus quidem ut ex LXX. exponunt per Et uti etiam id frequentissime significat. Verum h. l. aliquid singulare innuere, & quasi se Agur corrigere voluisse patet ex ipsa analogia Textus. Nam non tantum tria supra captum suum esse agnoscit Agur, sed & planè ea quatuor ignorare fatetur, Ubi per אַרְבָּע non nomen ordinale quartum uti vulgatus habet & LXX, sed cardinale quatuor intelligitur, quod videre licet ex verbo אַרְבָּעָה cum affixo plurali (ה) ubi sane si ultimum esset

esset ordinale, istud, non ista, esset dicendum. Et hujus Epis-
tola northoseos exempla alibi etiam in hoc libro obvia sunt ut
Prov. VI. 16. sex sunt quæ odit Dominus וְשָׁבַע תֹּועֵבָה נֶפֶשׁ
imò septem sunt abominationi animæ ejus. Sic quoque in N. T.
particula καὶ usurpatur Act. VII. 43. καὶ αἱλάβεται πόνον τῷ
Μολόχ. imo bajulantis tabernaculum Moloch. Vid. Glas. Philo-
log. Sacr. lib. 4. tract. 1. observ. 7. p. m. 877. Cæterum particula
נֶגֶד non, est particula negandi satis obvia, aliás pro נֶגֶד scribitur
1. Sam. II. 16. & XX. 2. in triginta quoque Locis juxta Masorethas

cum Vau נֶגֶד Chaldaeus suo utitur נֶגֶד Syr. נֶגֶד. Omni-
bus temporibus excepto Futuro primo præponitur. Vid. Buxg.
Lexicon, imprimis autem Excellent. Dn. Sennertum, Academie
Seniorem Venerandum in Disput, de Sceptro Judæ.

Tb. IV.

דָּרְךָ הַנְּשָׁר בְּשָׁמִים] Viam aquilæ in Cœlo. Non-
nulli per vestigium exponunt ut Cornelius à Lapide & Merce-
rus. Via, inquit, id est vestigium aquilæ in cœlo. Verum de-
stituitur hæc expositio omni fundamento. Non enim Agur-
miratur aquilam, quod nullum in cœlo vestigium relinquat, sed
volatum & robura aquilæ, quod, cum pennas habeat, uti Aldro-
vandus & Bochardus in Hierozoico observant, firmitate ac duri-
tate insigni, sola tamen inter aves rectâ viâ, non obliquâ, ut aves
cætero usque ad supremum aerem feratur. Præterea, si juxta
Mercerum דָּרְךָ per vestigium esset exponendum, quoque vers.
20. ubi de adultera usurpatur vestigii, non verò agendi rationem
haberet, quod tamen validè esset inconveniens, & ipsi textus ana-
logæ contrarium.

Tb. V.

רַשְׁתָּ] Significat Aquilam, Regem avium, uti Pindarus
eum vocat Isthm. Od. VI. οἰωνὸν ἀρχὸν & in Olymp. οἰωνὸν Βα-
σιλίκη. Epiphanius in Physiologia cap. VI. Εἴτε γὰρ ὁ ἀστερ
Εαντλεὺς ἡώρα ὄντων. A Latinis Poëtis eodem ornatur encomio
Martial. Lib. 5. Epigram. 56. Dic mibi quem portes volucrum
regina Clandianus Praefatione in tertium Consularium Honori.
Volucrumq[ue] potens & fulminis heres. Et hoc titulo idèo gau-
dere

dere videtur Aqvila, qvia iuxta Theodorum Heraclensem in Ps. CII. δοκεῖ βασιλέων τετέλεσθαι τοῦ θεάτρου Philosophus lib 9. Hist. Animalium refert vulgo fuisse persuasum, Aqvila cum Trochilo eō certamen esse, qvia καλέστηται τετέλεσθαις, ηγετή βασιλεύς. Sed ridiculum est putare, aqvilam scire, Regis nomine vocari trochilū ab hominibꝫ Græcis; ac propterea credere, aviculam illā regnum affectare. *Vid. Job. Vossig in L. III. Idololatrie p. 1139.* Qvod ad Radicem hujꝫ Nominis spectat, maximè inter auctores controvertitur. Rabbi Bechai, citante eum Bocharo & Buxtorffio, in Comment.

Gen. II, deduci vult à Chaldaeo נֶשֶׁר qvod decidere est, idq; ex eo, qvia de cennio ad elementum ignis usqve ad volans aduritur & decidit in mare, & tunc renovatur vita ejus. Hinc Cabballistæ ajunt נֶשֶׁר notativum esse vocum רְוִיחָא i. e. Catus, ignis act, Sed hæc Rabbiniſmum olent; Rabbini enim fabulosi & fabularum sunt architecti. Ejusmodi commentum est Saadiæ apud Kimchium in Psalm. CIII. & Esai. XI. חַנְשֵׁר יְשַׁׁר עַל כָּל הַשְׁׁפֹת וַעֲלָה מָרֵד עַל פְּנֵי רְקִיעַ הַשְׁׁמִים וַיָּקוֹרֶב לְחַמֵּן הַיּוֹרֵד וַיַּפְלֵעַ עַצְמָו בִּים מְרוּבָּהָם וַיִּחְדְּשֵׁר וַעֲלָה אָבָר וַשְׁׁובָה לִימֵי עַלְמָיו בְּן כָּל עַשְׂרֵה עַד מָהָה וְכַשְׁגַּע לְמָאתָה וַעֲלָה כִּמְנַהָּנוּ וַיַּפְלֵעַ בָּוּם וַיָּסֹת שְׁבָתָא

Aqvila volat sublimius, qvam ulla aviū & firmamentū persq; multū offerunt, donec ad ignem elementarē accesserit. Tum verò calore astutans in mare se dat præcipitem & renovatur & plume ejus renascuntur, & redit ad dies juventutis sue: atque id sit singulis decenniis usqve ad annum centesimum, qvam ubi attigit, illa de more sursum offerunt, & in mare præceps decidit & ibi monitur. Alii derivatum volunt à נֶשֶׁר qvia videtur alludere ad illud verbum. Constat enim qvam acuto visu Aqvila gaudet, adeo ut qvoqve pisciculos minutos videat dicator in æquore natantes, etiam cùm in tantum subiecta, ut oculos propè frustretur humanos. Hinc qvoqve Jobus XXXIX. 30. 31. 32. perspicacem aqvilarum visum commendat, qvod cùm in rupibus altissimis suos faciant nidos, inde etiam contemplérunt escam suam. Qvæ derivatio licet à multis haud negligatur, tamen potius Bocharto calculum nos adjiciamus,

mus, qui ex ~~per~~ qvod est nostro vellicare: & ~~per~~ ro-
strum dici posse arbitratur, idq; propriè esse radicis avis. Inde
appellari volunt Arabes, uti ex Damire & Alcamo Arabibus af-
fert, quia rem rostro carpit & vellicat. Inquis autem, alias ra-
paces aves quoque nostro vellicare experientia docet. Verum
rapacium Principi, dicit Bochartus, id speciali jure tribuitur;
quia rostro est magis ad unco & eo carpit fortius. Vide de hoc
avi notatu digna plura apud Vossium l. c. & Franzium Histor.
Animalium.

Tb. VI.

בְּשָׁמֶן in cœlo] LXX. αἰστομενος i. e. volantis. Alii
interpretes reddiderunt εὐ γένεων. Vox utraque cùm Græca tūm
Ebræa variè in sacris literis accipitur I. SUMITUR METONYMIE
pro ipso DEO Ps. LXXXIII. 9. Opponunt cœlis os suum & lingua
eorum pervadit terram i.e. licenter & impunè in DEUM blasphemias
eructant, & in humanum genus contumelias. Sic Magistro
Judæorum dicunt: קָרְבַּלְמַעֲשָׂר וַיֹּאמֶר לְשֵׁם הַשְׁמִינִי Omnes
actiones Tuæ sicut in nomine Cœli h.e. DEI. Parimodo vox Græ-
ca in N. T. accipitur Luc. X V. 15. Πάτερ μαρτυρού εἰς τὸν καλόν.
c. XX. 4. τὸ βασιλισμα. Ιωάννης ἐξ ἡρών τὸν, οὐ ἐξ αὐθεωτῶν,
Hujus dicta plura vide apud Glassium Phil. S. Tract. I. c. 3. p. m.
1074. II. METAPHORICE (1) pro divina gloria & Majestate insi-
nita, quia φῶς ἀπόστρων lux inaccessibilis I. Tim. VI. 16. voca-
tur, ratione similitudinis à cœli magnitudine, splendore, deco-
re, pulchritudine & præstantia desumpta. Ita sumitur, cùm
DEUS dicitur habitare in cœlo Ps. II. 4. Deut. XXVI. 15. (2) pro
spirituali DEI regno ac felicitatis statu, quo Angelis & homini-
bus se manifestat & communicat, uti pluribus in locis id Glassius
Rhetor. S. tract. I. c. 10. p. m. 1208. probat. (3) Propriè significat
tum corpus cœlestis, extimum illud elementa claudens & am-
biens ac siderum stellarumq; receptaculum Gen. I. 8. 14. Ps. II X.
4. Esai. XI V. 13. tūm Regionem aeream qvæ supra nos est: &
hoc vel conjunctim cum cœlostellato Gen. I. 8. vel separatim ab
eo adeoq; solum aërem Ps. II X. 19. Matth. VI. 26. Et de hoc cœ-
lo loquitur Agur, qvando viam Aqvilæ miratur. Miratur au-
tem eam non immiterò, qvippe tam mira avis hujus est in volatu

agilitas ac robur, ut inter ipsas quoque nubes se quandoque condat
vel ut Oppianus habet, ut aerem volatu superet & sublimius eva-
dat. Quodsum etiam facit Aliani observatio lib. 14. c. 10. alie,
dicentis, aves volandi idcirco diverticulis flexionibusq; in cœlum ef-
feruntur, quod recte non possunt: sola aquila directo volatu in
sublime feruntur, &c. Hinc bene Kimchi in Jer. XLIX. 16. observat
eandem volare גְבוֹהָ מִכָּל הַעֲופָרָן, omnibus avibus excel-
sius. Et Aben Ezra quoque in Jobum אֵין עָרֶף שִׁגְבָּה וּוָתָר Nulla est avis, qua sublimius sese attollat. Quapropter Jo-
hannes Evangelista, qui altius prioribus volans, à divinitate
Christi orsus est, huic altiti comparatur. Vid. B. Aug. in prolegome-
nis in hunc Evangelistam item in serm. 34. & lib. 1. de consensu
quatuor Evangelistarum; Excell: Thomasum Poly historium
Summum in Disp. de Insignibus Quatuor Evangelistarum habita.

Tb. VII.

[לְרָךְ נַחַשׁ עַל צָר] Viam Serpentis super Petram. De
Aquila progredivit Agur ad serpentem & satetur, sc. etiam ejus
viam ignorare. Nam magnam sanè cuivis hoc animal injicit ad
mirationem, quod, cum pedibus & penis omnimodo destitua-
tur, nihilominus ubi vis se movere valeat, nec saxa sive petras
curet, sed eas lubricando serpat & currat: imò altas rupes, ar-
bores, domos sine scalis vel clavis subito condescendat: Hinc Ni-
cander ait:

Προσχωλάδ' αἱματίας τε καὶ εἰλύς ἐγένετο
Σαxa perirent, sepesq; cavernarumq; latebras.

Et Delrio Tom. II. Adagiorum p. 304. Tanta volubilitas & implica-
tio est, tot ambages, tanta spirarum contortuplicatio serpentis cum
explicat orbem & cum insidiatur, vel exitio se eripit, ut neque ini-
tiū neque finem motus ejus queas deprebendere. Cæterū disqui-
ritur inter ipsos Philologos, unde ortum ejusmodi viā proceden-
ti serpens nactus fuerit, idq; ex Gen. III. 4. probare satagunt, ubi
DEUS serpentibus maledictionem imposuit: SUPER VENTREM
Iris. Ex quo dicto multi serpentem in Creatione quadrupedem
fuisse putant aut saltem Draconum instar bipedem, & pertinere
ad poenam, quod hodiè serpit inventrem, cui sententia quoq; ipse
Megalander Lutherus faverit, quando dicit, quod prius ereditiu in-
cessit-

cesserit instar Galli Gallinacei. Hocce adhuc notandum insuffi-
cienter à Magnis alioquin Viris צָר super petram exponi de ter-
ra, qvòd Agur admiretur viam serpentis super terram, sed maxi-
mè incommodè. Nam super terram vestigium relinqvit & im-
pressionem, non autem super rupem asperam & aridam, qvæ ser-
penti non cedit aut suppetias fert, sicut arena vel gramen. Nam
super saxa & petras mirè progreditur, ut difficile profrus sit, sum-
dem illic investigare ex gressibus reliquisè notis.

Tb. IX.

[בְּרִיאַת אֱלֹהִים] Viam navis in corde maris. Mer-
cerus & Lavaterus exponunt in medio Maris. Verum enim verò
cor multis in locis idem significat qvod intra, nec semper præ-
cisè medium notat v. g. Ezech. XXVII. 4. ubi Tyrus dicitur sita in
corde maris, cùm tamen à confinente non procul distaret. Et
sensus ibi est, intra mare urbem illam fuisse positam. Matth. XII.
40. Sic erit Filii hominis כִּי נָאֵדְיוּ תְּכִסֵּנְצָרִים in corde terræ tribus
diebus & tribus noctibus h. e. in terra sive intra terram nempè in
sepulchro. Qvòd si tamen iuxta Mercerum idem significaret ac
medium, attamen phrasis hæc in medio vel nihil addit nomini,
eui adjungitur, vel non præcisè ipsum medium, æqualiter ab ex-
tremis distans significat, sed idem valet ac in & intor v. g. Gen.
XLV. 6. Jam biennium famæ est בְּקָרָב in medio terræ h. e. in-
terra. Neque enim in medio tantum præcisè, sed hinc inde in ter-
ra famæ erat. Sic in N. T. Matth. XIII. 25. Seminavit Zizania
σικουραντες στεφανον in medio tritici h. e. inter triticum, Luc. XVII.
11. & aliis in locis. Miratus itaq; Agur viam navis in mari: qvòd
navis grandibus sarcinis onerata, mari veluti pīscis innatet & ad
libitum naucleri se circumagat, & velorum remorumq; benefi-
cio intra angustum temporis spatiū multa emetiatur in mari
millia & ad regiones devolvatur remotissimas: qvā & ventis,
procellis & fluctibus sulcando obluctetur, eosq; calcando subigat.
Vid. prolixè de hac Magnificus Dn. Geierus l. c.

Tb. X.

Ultimo tandem loco quartum ag gredinaur absconditum,
qvod Agur admiratur, & hoc est גֶּבֶר בְּעַמְּרוֹן vestigi-
um Viri in Virgine. Postquam Agur aerem, terram & aquam mi-
ratus

ratus fuit, accedit qvoq; ad ipsum hominem. Cū verò homo
varias circa actiones versetur ex his omnibus illam viam mira-
tur, qvæ occupata est circa matrimonium vel speciei propagatio-
nem, qvam satis non potest ipse Agut admirari. LXX.
interpretantur נָסָר אַנְגָּלֶס כִּי נָסָר & vias viri in
adolescentia. Hinc qvoq; quidam hos secuti עַלְמָתָה hic su-
munt non concretivè sed abstractivè pro עַלְמָתָה i. e. ado-
lescentia vel pueritia. Sed rectè suspicatur Franciscus Lucas in No-
tis hic LXX. primò vertisse כִּי נָסָר i. e. juvencula, qvod postea
corruptum fit כִּי נָסָר i. e. in juventute indeq; forrè derivatum
in inadolescentia, qvod multi habent codices vulgatae. Hæc
enim mutatio & lapsus uti vicinior, ita facilior & pronior est,
qvām ex עַלְמָתָה adolescentula in עַלְמָתָה adolescentiam,
qvæ nunquam lōcum potest habere, cūm in omnibus à vitiis pur-
gatis exemplaribus עַלְמָתָה reperiatur. Qvod nomen virgi-
nem notat, illibatam, occultam, domiq; caute adservatam, sicut
id tūm origo vocis עַל reconditus fuit, tūm nominis usus
clarè satis docet, inspectis locis ubi adhibetur nempè Gen. XXIV.
43. de Rebecca virum nondum cognolente Exodi II. 8. de Mir-
jam. Ies. VII. 14. de matre Immanuelis: & in plur: de tympani-
zantibus Ps. LXIX. 26. sponsum ecclœstem depereuntibus Cant. I.
3. VI. 8.

Tb. XI.

Judæi & Judaizantes, ut Cajus Mercerus, Drusius & alii ne-
gant semper virginem incorruptam in Scripturis notare sed
qvandoq; etiam virginem corruptam significare contendunt, idq;
ex h. l. præcipuè probare satagunt, atq; ita admodum impudice
hunc textum exponunt. Quemadmodum, inquit, Agvila, sor-
pens, navis nullum sibi vestigium relinquit in aere vel in Petra,
vel aqua, sic etiam qui mulierem jam corruptam compressit, nihil re-
linquit, ex quo concubitus dignosci possit. Hoc sibi vult illud: Et
Via viri in muliere vel adolescentia. Hinc B. Jacobus, Martin. de tri-
bus עַלְמָתָה c. 43. p. 239. Judæi, inquit, negantes perpernō עַלְמָתָה
virginem significare, valdè se obleellant & gloriantur in loco Prov.
XXX. 18. Mercerus qvamvis in suo Comm. in Prop. adolescentulam
voce עַלְמָתָה vocari arbitratur nudam, etatis tamen habbita ratio-
ne non

ne non virginitatis, eamq; hic sonare adolescentulam nuptram corru-
ptam vel temeraram, rectè tamen subjungit Judeos hinc nihil habe-
re praesul ad obtinendum us apud Is. c. VII. vox עַלמָּו non sit vir-
go, ibi enim eam signum esse oportere, quod non esset, si inupta Mes-
siam paritura diceretur. Sixtinus Amama in Antib. Bibl. l. 3. p.
594. inquit h. l. non virginem sed devirginatam puer-
lam denotari, nonnulli contendunt, inter quos Mercerus, Drusius
& alii.

Argumentatur autem Judæi & Judaizantes ita: In quo
Scripturæ loco nomen עַלמָּה additur Viro textusq; vel versus
immediatè conseqvens agit de adultera, in eo non potest significare
pueram virginem, sed adulteram. Atque Prov. XXX. עַלמָּה
additur viro contextusq; vel versus immediatè conseqv. agit de
adultera E. Resp. (1) Duplex in hoc Argumento est medius ter-
minus, prior desumitur ex versu XIX. in quo Nomen עַלמָּה
viro jungitur, posterior ex v. 20. ubi agitur de adultera. In v. 19. in
verbis illis: Vestigium viri בְּעַלמָּה Judæi ut h. l. pro vir-
gine corrupta & deflorata usurpetur, demonstrant ex aliquo Scri-
ptura loco, scortum vel adulteram significare, cum à Spi-
ritu S. semper in S. Codice pro inupta & incorrupta usurpetur.
(2) posito, Agur in his verbis de scorto vel adultera agere, loquen-
tur nihilominus de ejusmodi scorto, quod sese pro virgine ge-
reret, nemoq; sciret eam scortum esse. Nihil, inquit B. Lutherus
Tom. IX. Jenens. Germ. fol. 142. lucrarentur Judæi, nisi pro virgi-
ne haberent, quoque virginem scorum atq; nomen gerat; sed pro
virgine vendit, licet scortum sit, postea autem abusus non tollit ejus
propriam & genuinam significacionem. (3) Non dicitur hic abcon-
ditam esse viam cum עַלמָּה sed בְּעַלמָּה i. e. amorem in Erga
vel circa עַלמָּה seu virginem. Unde ita probabitur hic
עַלמָּה virgo non virgo, vel vocem hanc h. l. nativam & propriam suam
significationem amittere? An omnis Via Viri in בְּעַלמָּה mer-
etrice & foeda libidinis est? Et licet talis esset via impuri & libi-
dinosi viri, an propterea omnis illa, in quam fertur appetitus im-
puri hominis, impura est & meretrix. An scortatio vel amissa vir-
ginitas adeo in explicabilis & abscondita est? Adcõq; rationes
Judæorum nullius momenti sunt & omni ratione destituuntur.

Qui



Qui plura desiderat, conferat B. Lutherum l. c, B. Jacobum Martini i. c. Dannhauerum Christosophia p. 414. Mullerum in Judento p. 636. Summè Reverendum Dn. D. Geierum l. c. Excellent: Dn. D. Qvenstedium in Colleg. in Loca Difficiliora & alios.

Tb. XIII.

Miratur itaque Agur viam viri in virginem qvippe qui dies noctesq; occupatus est circa virginem, quam impotenter amat, varias artes ac insidias instar aquilæ, serpentis ac navis excogitar, quod potiatur virginem illibata & incorrupta, cui vel licito vel illicito vult copulari modo. Nam in virginem honestam nec defloratam magis ardor amore, quam prostibulum, ad quod via non tam difficilis est, qvippe quod sponte vel se offert, vel facilè omnino sui facit copiam ambienti. Hæc itaque in praesenti de hujus dicti sensu literali dixisse sufficient. Cæterum restaret adhuc, ut quoque aliquid de mystica explicatione adderemus, verum ne faleem in messem alienam admittamus, cum potius hoc ad Theologos spectet, quos hic Beneyolus Lector consulere potest, præprimus Franzum in Historia Animalium B. Gerh. Magnificum, Dn. D. Galovium in Bibliis Illustratis & alios. Nos hic subsistimus, ut, si fortasse non subtiliore venâ apparuit, nec singula ad amissim exaciata deprehenderint omnes, veniam dent juvenilibus ausis, moniti meliora seqvemur. Interim memores istius παλυθρυλάτης Ebræorum, qui, quando innuere volunt, pro quavis re gratias esse agendas DEO, proverbialiter dicere solent בָּרוּ מְאֹרֶה רְהֹא פּוֹתָא בְּרוּמְאֹרֶה. benedictus sit Dominus heus particulae. Nostram operam suscepit & jam ad finem perductam particulam divinæ benignitatis censemus,

proinde nos quoque grato pectore
exclamare oportet:

ברון מאורה רהא
פּוֹתָא



IN ECCLESIASTEN.



Ung VI 14



sb

1017 Z



B.I.G.

Black



בשׁוֹבֵעַ כְּפָלָאות
five

Qvatuor Abscondita,

Ex PROVERB. XXX. 18. 19.

PRÆSIDE

M. DAVIDE WENDELERO,
VVittebergenſi,

Publicē proponet,

CHRISTIANUS PUHLMANN/
Lebusiō - Marchicus.

Ad diem XXI. Octobris

Horis Anteridianis.

WITTE BERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXXVI.

26, 66) 28.

25

9

